

www.e-rara.ch

**Iusta defensio antiquissimi diplomatis quo Ludovicus imperator
coenobium nobilium virginum Lindaviense nono abhinc seculo stabilivit**

Rassler, Maximilian

Constantiae, anno 1691

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24563>

Caput XV. Syllabus praecipuorum qua errorum, qua mendaciorum, quae in Conringii censura
deprehensa, & in hac defensione detecta ac confutata sunt.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

bis profiteri, se omnium famæ, Authoritati, nomini parci-
tum velle, si re ipsa pessimis modis in illa sævias? Est tamen
quod etiam in hoc factò excuset Conringium. Parùm no-
cet famæ alienæ testimonium hominis aut mendacis, aut i-
gnorantis. Horum titulorum an alteruter, aut uterque in
Censorem nostrum cadat, monstrabit hætenus dictorum a-
nacephalæosis, quam jam nunc damus.



C A P V T X V.

Syllabus præcipuorum quæ errorum, quæ
mendaciorum, quæ in Conringij Censura deprehensa,
& in hac Defensione detecta ac confutata
sunt.

Purima sunt, quæ in Censura sua peccavit Con-
ringius, & à vero profus aliena asseruit. Ple-
raque in apertum produxit hæc Defensio: de
omnibus non erat cur laboraremus; cum illa ad
rei summam non pertinerent. Syllabum præ-
cipuorum hîc damus, ut uno velut intuitu cernat lector, quàm
egregiè suo Censoris munere hic homo perfunctus sit. Duas
in columnas dividimus folium; earum altera, Conringiana
peccata complectetur; altera, nostram emendationem. Ita
enim fermè hodie librorum errata corriguntur; & menda,
sic, aut sic, emendare lector jubetur, aut rogatur. Sunt au-
tem hæc Conringij peccata in veritatem duplici in classe: ali-
qua excusationem planè nullam admittunt, erroris manife-
sta: his in emendatione adjungemus notam *Demonstratur*.
Alia, quæ fortassis excusari aliquo modo mereantur; utpote
de

de quibus ambigere non nihil etiam prudentiliceat: hæc, discernemus notâ: *Probat*. Quamquam etiam horum ferè omnia ijs rationum momentis stabilita à nobis sunt, ut prudens quisque probabiliora nostra haud dubiè sit iudicaturus. Ordo in his enumerandis alius fermè non erit, quàm quo hac in Defensione se offerunt: nam discernere quæ graviora essent, erat operæ ut magnæ, ita non valdè utilis; & idcirco bonâ etiam lectorum veniâ prætermittendæ.



Errata Conringiana.

1. Diploma Cœnobij Lindaviensis in Orco natum ed relegendum est. *Cens. in Epist. nuncup. Cap. 19. in fine & sæpe alibi &c.*

2. In fingendo Diplomate valdè verisimile est partem præcipuam habuisse aliquem ex Familia S. Benedicti, *Cens. fol. 339. & 372. & seqq.*

3. Henricus Episcopus Const. in literis datis anno 1242. verisimiliter non est locutus de Diploma te controverso, *Cens. fol. 328.*

4. Quæ falsi indicia à Conringio allata sunt, ijs rationum momentis ab eo communita sunt, ut certum sit; nullum eorum posse confutari, *Cens. cap. 19. inis.*

5. A Friderici III. ætate primùm cœpit ostentari Diploma, *Cens. p. ult.*

6. Urbs Lindaviensis est antiquior Cœnobio, & tamen Diploma confictum, *Cens. cap. 14. & passim.*

7. Diploma potuit confingi Abbatissâ nec Authore, nec consciâ, *Cens. f. 341. & alibi.*

8. Mutatio Instituti vivendi, & Secularium nomen Virgines Cœ-

Sic correctæ.

1. Diploma Lindaviense nec in Orco natum, nec ed relegendum est; & quide Orco toties loquitur, parùm habet cum Cælo commercij. *Defens. cap. 1. n. 4. Demonstratur.*

2. Nec Diploma confictum est, & ut tale esset, temerè & per sumam malevolentiam id crimen in aliquè ex Ord. S. P. Benedicti conijcitur. *Def. cap. 1. n. 8. Demonstratur.*

3. Henricus Episcopus non est locutus de alio, quàm controverso Diploma te, *Def. c. 3. n. 4. Dem.*

4. Falsi indicia à Conringio allata certum est complura esse evidenter confutata: nullum non perquam probabiliter, *Def. cap. 3. n. 1. & per totum librum. Demonstr.*

5. Diu ante Frid III. a tatem cœpit ostentari Diploma, *Def. c. 3. n. 6. Dem.*

6. Aut Urbs Lindaviensis non est antiquior Cœnobio, aut si est, hoc ipso Diploma verum est, *Def. c. 3. n. 6. pr.*

7. Diploma non potuit confingi, nisi Abbatissâ vel Authore, vel consciâ, *Def. c. 3. n. 9. Probat.*

8. Nec Instituti mutatio, nec Secularium nomen prudenter suspici-

Errata Conringiana

nobis meritò suspectas reddunt. *Cens. fol. 341. & alibi.*

9. Diploma confictum est initio seculi decimi tertij. *Cens. cap. 12. & sepe alibi.*

10. Faber Diplomatis fuit homo & vaferrimus, & stolidissimus. *Cens. passim, maxime initio cap. 12. & cap. 9.*

11. De quorum Diplomatum veritate ambigere possunt docti, eadem repudiari debent à Prætoribus in Tribunali. *Confor fol. 351. Certè si hoc ibi non dicit, nihil ad rem dicit.*

12. Non est argumentum veritatis prope cerrum, diu esse habitum pro vero, etiam ab ijs, quorum intererat esse falsum. *Cens. fol. 351.*

13. Etiam in materia Religionis & Fidei, quæ diu sunt credita ut vera, possunt esse falsa. *Cens. fol. 351.*

14. Nullus Ludovicus, qui regnaverit in Germania intra annos Christi 815 & 876. potuit esse Author Diplomatis. *Cens. c. 5. per tot.*

15. Stylus Diplomatis non est Cancellariæ Lud. Pij. *Cens. cap. 5.*

16. Faber Diplomatis non rectè usus est particula *Repropitiante*. *Cens. fol. 403.*

17. Cancellarius Ludovici Pij non fuit Hugo, sed Drogo. *Cens. cap. 5. pag. 75.*

18. Dubium est, an Notarius Pij appellatus sit Hirminritus, Hirminmarus, an Hirminmaris. *Cens. cap. 8. & alibi cap. 5. fol. 74. 75.*

19. Seculo nono non adhibebantur *Diræ* & *Execrationes* in violatores Diplomatum. *Cens. c. 18. & al.*

20. Rectè scripsit Heiderus contextum verborum & sigillum Diplomatis, Ludovicum II. facere

Sic correctæ.

candi anam præbent. *Def. c. 3. n. 9. Probatur.*

9. Diploma non potuit confingi primùm ineunte seculo decimo tertio; sed nec ante, nec post; ergo nunquam. *Def. c. 3. n. 10. probat.*

10. Faber Diplomatis non potuit idem esse vaferrimus, & stolidissimus. *Def. c. 3. n. 9. c. 9. n. 1. c. 12. n. 1. Demon.*

11. Etli de alicujus Diplomatis veritate dubitare possint Docti, non a nen idcirco repudiari etiã potest à Judicibus. *Def. c. 4. n. 3. Demonstr.*

12. Est argumentum veritatis luculentissimum; diu esse habitum pro vero etiam ab ijs, quorum intererat esse falsum. *Def. cap. 4. n. 5. prob.*

13. Quæ vera Religio vel semel creditur ut vera, nunquam possunt esse falsa. *Def. c. 4. n. 6. Demonstr.*

14. Ludovicus Pius, qui regnavit in Germania ab anno 814. usque ad 840. condere potuit, & condidit re ipsa Diploma. *Def. c. 5. & 6. Demonstr.*

15. Stylus Diplomatis est Cancellariæ Ludovici Pij. *Def. c. 5. n. 5. prob.*

16. Faber Diplomatis & Conditor aptissimè usus est particula *Repropitiante*. *Def. c. 5. n. 6. Demonstr.*

17. Cancellarius seu Archinotarius Ludovici Pij fuit Hugo; non Drogo, ve Drogo. *Def. c. 6. n. 3. Demon. c. 7. n. 17.*

18. Nullum est dubiũ nomen Notarij Ludovici Pij fuisse *Hirminmaris*. *Def. cap. 6. n. 4. c. 7. n. 16. Demonstr.*

19. Non est contra morem seculi noni minas etiam æternæ damnationis intentare violatoribus Diplomatum. *Def. c. 6. n. 5. & c. 14. n. 2. Dem.*

20. Falsum est, contextu & claro sensu verborum Diplomatis, ejusque sigillo probari Authorem Lu-

Errata Conringiana

conditorem ejusdem. *Cens. fol. 66.*

21. Annis æræ Christianæ ab ipso scriptore Diplomatis, & non aliena manu adscripti sunt. Ex his annis clarum est, Ludovicum Pium non posse esse Authorem Diplomatis. *Cens. fol. 118. 119. & sepe alibi.*

22. Inviatum argumentum contra Ludovicum Pium habetur ex Persona Rabani Mauri Archiepiscopi Moguntini, *Cens. fol. 70. & al.*

23. Sertum Sigilli Ludovici Pij, & aliorum Imperatorum Caroling. non est Laureum, sed Gemmeum. *Cens. f. 72. 73.*

24. Anni Imperij Ludovici imperitè numerati sunt à Vindice Cœnobiali. *Cens. pag. 73.*

25. Ludovicus Germanicus vivo Ludovico Lotharij filio nec fuit, ne audijt Imperator. *Cens. c. 6. f. 78. & seqq.*

26. Nullum ex omni illo ævo Imperatorij tituli Ludovici Germanici extat documentum. *Cens. f. 81.*

27. Nullum est dubium, quin Ludovico Germanico aliquando obvenit Jus ad Imperium. *Cens. f. 82.*

28. Jus eligendi ex ipso Cœnobio Abbatissam Parthenoni Lindavienfi meritò negatur. *Cens. fol. 320.*

29. Cœnobij vindex contradixit sibi, dum Ludovicum Germ. à morte Ludovici II. Jus ad Imperium obtinuisse asseruit, & jam ante hujus mortem fuisse & audijse Imperatorem. *Cens. pag. 100.*

30. Diploma Cœnobij nullum est, & Urbi Lindavio competit Jus Advocatiæ in Cœnobium. *Cens. fol. 100. & seqq.*

Sic correctæ.

Ludovicum II. Imp. cum hæc faci-
ant pro Ludovico Pio *Def. c. 7. n. 8. Dem.*

21. Manifestum est omni oculo; annos æræ Christianæ manus alienæ assumptum esse; ideòque ex his nullum contra Ludovicum Pium argumentum prudenter peti posse. *Def. cap. 2. cap. 6. n. 6. cap. 7. n. 9. cap. 8. n. 9. Demonstr.*

22. Non est insuperabile & invictum argumentum, quod à persona Rabani Archiepiscopi petitur: ad hoc enim respondetur. *Def. c. 7. n. 10. 11. 12. & c. probat.*

23. Sertum Sigilli Ludovici Pij, & aliorum Imperatorum Caroling. est Laureum, non Gemmeum. *Defens. c. 7. n. 14. Demonstr.*

24. Annos Imperij rectè numeravit Vindex Cœnobij: Censor vero imperitissimè & ridiculè. *Def. c. 7. n. 15. Demonstr.*

25. Ludovicus Germanicus vivo etiamnum Ludovico Lotharij filio si non fuit, (saltem audijt Imperator. *Defens. c. 8. n. 1. Demonstr.*

26. Extat aliquod illius ævi Imperatorij hujus tituli documentum. *Def. c. 8. n. 1. Demonstr.*

27. Est dubium, an Ludovico Germ. unquam competierit Jus ad Imperium. *Def. c. 8. n. 1. Demonstr.*

28. Jus eligendi ex ipso Cœnobio Abbatissam nullo jure negatur. *Defens. c. 8. n. 3. cap. 14. n. 11. Demonstr.*

29. Vindex Cœnobialistam parum hinc dixit pugnancia, quam quid diceret Lepoldum I. hodie non esse Imperatorem Constantinopolitanum. *Defens. cap. 8. n. 5. Demonstr.*

30. Si Diploma Cœnobij nullum est, nullum quoque est Urbis Jus Advocatiæ. *Defens. cap. 8. n. 6. probat.*

Errata Conringiana

31. Nomine Ludovici Germanici & nomine Ludovici II. promulgatum est & editum ab Impostore Diploma. primum dicit Censor in it. c. 7. alterum fol. 66.

32. Vindex Cœnobialis laudandus est ab inusitata industria, idemque à supina negligentia vituperandus. hoc facit Censor pag. 3. illud. 106.

33. Ludovicus German. semper annos Regni numerat à morte Patris Pij. Cens. fol. 58. 59. & al.

34. Ævo Carolinorum non fuerunt simul plures Palatij Cæsarei Comites. Cens. fol. 127.

35. Drogo Metensis perperam dictus est Archiepiscopus. Cens. pag. 128.

36. Non fuerunt simul plures Recognitores Tabularum Regiarum. Cens. f. 130.

37. Qui Adelbertum S. Palatij Comitem Fundatorem facit Cœnobij Lindaviensis, mera deliria, mendacia, stultitiam &c. loquitur. Cens. cap. 9. & seqq. ubi plura similia ennomia coacervat.

38. Usus conversationis humanæ non permittit unum eundemque hominem nunc Albertum, nunc Adelbertum dici. Cens. fol. 140.

39. Lapis sepulchralis non habet nomen Alberti, sed Ekberti. Cens. p. 139.

40. Lapidés sepulchrorum præconia demum seculo XII. acceperunt accipere. Cens. fol. 137.

41. Picturam parietis esse recentiore sepulchro & ejus epigraphe, extra dubium videtur. Cens. cap. 9.

42. Diversa Historicorum de Fundatoribus narratio, falsitatis nota est.

Sic Correcta.

31. Nec Ludovici Germanici, nec Ludovici II. nomine prodijt Diploma, sed nomine solius Ludovici Pij. Defens. cap. 8. n. 7. Demonstr.

32. Non est supinè negligens, qui laudari meretur ab inusitata industria. Def. cap. 8. n. 8. Demonstr.

33. Ludovicus Germ. non semper numeravit annos à morte Patris sui Pij. Def. c. 6. n. 1. cap. 8. n. 10. Prob.

34. Ævo Carolingico fuerunt simul plures Palatij Comites. Defens. cap. 8. n. 11. Demonstr.

35. Drogo Metensis rectè dictus est Archiepiscopus. Defens. cap. 8. n. 12. Demonstr.

36. Fuerunt simul plures Recognitores Tabularum Regiarum. Def. c. 8. n. 13. Demonstr.

37. Adelbertum S. Palatij Comitem Fundatorem fuisse Cœnobij Lindaviensis à nemine sano dubitari potest. Defens. cap. 9. n. 1. & seqq. Demonstr.

38. Usus conversationis humanæ permittit unum eundemque hominem nunc Albertum nunc Adelbertum dici: idque maximè verum de seculo nono. Def. c. 9. n. 11. Probat.

39. Lapis sepulchralis non habet nomen Ekberti, sed potius Alberti. Def. c. 9. n. 7. Demonstr.

40. Lapidés sepulchrorum jam seculo nono acceperunt præconia. Def. c. 9. n. 7. Probat.

41. An pictura parietis, an hodierna loculorum mortualium epigraphe sit antiquior, valde dubium est. Def. c. 9. n. 10. 11. Demonstr.

42. Testes de rei summa consentientes, discrepantes in adjunctis, vera-

Cens. cap. 10.

43. Non solus Albertus, aut Ekbertus, pro fundatore habendus.

Cens. c. 9.

44. Certo certius est, stante Francorum Republica neminem audivisse Comitem Sacri Palatij.

Cens. cap. 11. f. 194.

45. Episcopi contra seculi noni stylum in Diplomate Illustres appellantur. Cens. cap. 12.

46. Rabanus non vivebat, cum Diploma datum est. Cens. cap. 12. parte altera.

47. Cœnobium seculo nono nondum fuit in Insula. Cens. cap. 13.

48. Seculo nono Vrbs jam fuit in Insula Lindau dicta. Cens. cap. 13.

49. Cœnobium non fuit primò constitutum in Insula, sed postea in illam translatum. *ibidem*.

50. Cœnobium à sui exordio non est dictum Lindaugia. Cens. cap. 14.

51. Cœnobium Vrbi, non Vrbs Cœnobio Lindaugiæ accessit. Cens. cap. 14.

52. Cœnobium nunquam impe-
ravit Vrbi, & toti Insulæ. Cens. in-
itio præcipue & sine sua censura & cap.
14.

53. Murus Gentilium stat pro
majori antiquitate Urbis. Cens.
cap. 14.

54. Ex geminis Chartis antiquis
probatur vetustas civitatis. Cens.
pag. 254.

55. Hermanni Chronicon ad
ann. 948. pro Urbis antiquitate tes-
timonium dicit. Cens. p. 261.

56. Testes antiqui Rotuli Vr-
bis antiquitatem testantur. Cens.

veraces potius, quàm fallaces ha-
bendi. Def. c. 9. n. 12. Demonstr.

43. Solus Albertus, pro præci-
puo saltem Fundatore, est agno-
scendus. cap. 9. n. 11. & antec. Prob.

44. Fallo falsius est, stante Fran-
corum Republica neminem audi-
visse Comitem Sacri Palatij. Def.
c. 9. n. 14. Demonstr.

45. Episcopi in Diplomate non
appellantur Illustres. Def. cap. 10. n.
2. Prob.

46. Rabanus vivebat, cum Di-
ploma datum est. Def. cap. 10. n. 2.
Probat.

47. Cœnobium seculo nono
jam fuit situm in Insula. Def. c. 11.
n. 1. 2. 3. Demonstr.

48. Seculo nono nulla erat Urbs
in Insula. Def. c. 11. n. 6. Demonstr.

49. Monasterium non transla-
tum in Insulam, sed ibi primò di-
structum est. Def. c. 11. n. 7. Prob.

50. Cœnobium à sui exordii di-
ctum est Lindaugia. Def. c. 12. n. 3.
Demonstr.

51. Urbs Cœnobio, non Cœno-
bium Urbi accessit. Def. c. 12. n. 4.
Probat.

52. Cœnobio dominium in to-
tam Insulam, adeòque etiam ipsam
Vrbem olim competivisse verosi-
millimum est. Def. c. 12. n. 5. Probat.

53. Ex muro Gentilium nihil
probatur pro antiquitate Urbis.
Def. c. 12. n. 7. Demonstr.

54. Iste eadem Chartæ Cœno-
bio potius favent, quàm Vrbi.
Def. c. 12. n. 8. Probat.

55. Hermanni etiam testimoni-
um pro Vrbe nihil probat. Def. cap.
12. n. 9. Probat.

56. Testes hujus Rotuli apertis-
simè favent majori antiquitati Cœ-
nobij

Errata Conringiana

fol. 262.

67. Testes Rotuli habuerunt ea, quæ testati sunt, ex viris qui attigerunt exordia Monasterij *Cens. pag. 240.*

58. S. Petri Parochia probat Urbem fuisse in Insula ante Cœnobium. *Cens. fol. 262.*

59. Adelbertus inepta ad suum postulatum persuadendum ratione usus est. *Cens. cap. 15.*

60. Fabula est, Ludovicum Pium filio suo Ludovico Germanico 34. annis à morte apparuisse, & preces aliâque mortuorum subsidia postulâsse. *Cens. fol. 281.*

61. Ævo Ludovici mos erat, non tantum Imperatorem, sed semper etiam Conjugem & prolem precibus publicis comendare. *Cens. f. 285.*

62. In Litanijs ejus ævi publicis non omnia probat *Cens. fol. 288.*

63. Quod in diplomate de Moneta, Duce, Advocato dicitur, falsitatis Diploma coarguit *Cens. c. 16.*

64. Notarij seculo nono non scribebant *Aecclesia* primo loco per diphthongum. *Cens. fol. 315.*

65. In Diplomate sæpius scribitur æ duabus literis in unam collatis contra morem seculi. *Cens. fol. 317.*

66. Scriptor Diplomatis usus est Ziphris Arabicis tum nondum cognitis in Europa. *Cens. fol. 318.*

67. In multis alijs in nutijs aberratum est à stylo ævi & Cancellariæ Ludovici Pij, ut ostenditur *Cens. cap. 18. ubi singula Diplomatis verba ponderantur.*

68. Contra seculi noni morem

Sic correctæ.

nobij *Def. c. 12. n. 10. 12. Demonst.*

57. Vita eorum, quorum depositio in Rotulo refertur, nulla ratione potuit attingere exordia Cœnobij. *Def. c. 12. n. 11. Demonst.*

58. S. Petri Capella probat nullam fuisse Urbem in Insula seculo nono. *Def. c. 12. n. 13. Demonst.*

59. Adelbertus aptissimâ persuadendi ratione usus est. *Def. c. 13. n. 1. Demonst.*

60. Certissima historia est; Ludovicum Pium hæc à filio subditiâ rogâsse, hæcque ab isto largè præstita. Res est notatu perquam digna. *Def. cap. 13. n. 3. 4. 5. Probat.*

61. Non semper illo ævo etiam pro Coniuge & prole petitiæ preces publicæ. *Def. c. 13. n. 7. Demonst.*

62. Intolerabilis arrogantia est; hominem privatum Censorem vel le agere totius veteris Ecclesiæ. *Def. cap. 13. n. 8. Demonst.*

63. Nihil contra ejus ævi morem in his peccatum est. *Def. c. 14. n. 1. 2. 3. Probat.*

64. Notarij seculo nono frequenter scribebant *Aecclesia*. *Def. c. 14. n. 4. Demonst.*

65. In Diplomate ne semel quidem sic scribitur hæc Diphthongus, & tamen illo jam seculo sic nonnunquam scripta est. *Def. cap. 14. n. 5. Demonst.*

66. Nullum toto Diplomate extat earum Ziphrarum veltigium. *Def. c. 14. n. 7. Demonst.*

67. Nihil hoc capite 18. Censuræ affertur, quod ostendat scriptorem Diplomatis stylum ejus ævi nefcisse, aut neglexisse. *Defens. cap. 14. n. 9. & 10. Probat.*

68. Juxta mores seculi & temporum

est, tam severè vetare, ne bona Cœnobij & Præfecturæ, in beneficium alijs extra Cœnobium conferantur. *Cens. cap. 18.*

69. In fine Diplomatum semper fit mentio subscriptionis manu Principis propriâ faciendæ, & non tantum impressionis sigilli. *Cens. fol. 366. fol. 404.*

70. Notarij Ludovici Pij in fine Diplomatum utebantur, fermè voce assignari. *Cens. fol. 404.*

rum Ludovici Pij est, collationibus ejusmodi firmum obicem ponere. *Def. c. 14. n. 12. Demonstr.*

69. In fine Diplomatum sæpe nulla fit mentio subscriptionis manu Principis faciendæ. *Def. c. 14. n. ult. Demonstr.*

70. Notarij Ludovici Pij crebrò alijs etiam vocibus hoc loco sunt usi. *Defens. c. 14. n. 13. Demonstr.*

Si minutiora persequi animus esset, plura huc congeri possent: sed ista sufficiunt ad Censoris doctrinam, eruditionem, fidem legentibus manifestandam. Quid jam? an confossum nostrum Diploma? an cadaveris instar putridi, & cujus à fœtore tetra lues mortalibus metuenda, abijciendum procul, & æternis Orci tenebris sepeliendum? Dies & eventus dabunt, Conringium fingere quidem multa, vaticinari autem nihil potuisse; & fatum, quod Diplomati nostro præfagijt, in iniquissimam suam Censuram incubuisse. Quicumque autem ex Urbicis Advocatis contra hanc nostram Defensionem, & sententiam de Ludovico Pio Diplomatis Lindaviensis Authore scribere volent, eos vehementer hortor, ut rationibus, non mordacibus & superbè nostra despicientibus dictis utantur. Argumenta sanè pro Ludovico Pio non *Dormienti*, sed maximè *vigilanti* in mentem venerunt, atque adeò *Novæ Somnia* appellari non debuerunt. Si hac admonitione nihil proficio, sibi imputent Adversarij, si & ego acuero calamum, & ea in lucem protulero, quæ hætenus prudens tacui, quæque ipsi æternùm tacita voluissent.

Meminerint illius: Patientia irritata fit

&c.